Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Qui autem uult iustificare se ipsum dixit ad iesum. Absit. Si enim data est lex que possit uiuificare. uere ex lege est iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. ut promissio ex fide ihu xpi daretur credentibus. secundum lucam.

In illo t. dixit ihs. d. ss. Beati oculi qui uident que uos uidetis Dico enim uob. qd multi reges uoluerunt uidere que uos uidetis. & non uiderunt. & audire. que auditis. & non audierunt. Et ecce quidam legispitus surrexit. temptans illum & dicens. Magist quid faciendo uitam eternam possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est. Quom legis. Ille respondens dixit. Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. & ex tota aia tua. & ex totis uiribus tuis. & ex omni mente tua. & proximum tuum sicut te ipsum. Dixit q. illi. Recte respondisti. Hoc fac & uiues. Ille autem uolens iustificare se ipsum. dixit ad iesum. Et quis est meus proximus. Suspiciens autem ies dixit. Homo quidam descendebat ab iherusalem in iericho. & incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum. & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia. & uiso illo pertransiuit. Similiter & leuita cum esset secus locum pertransiuit. Samaritanus autem quidam iter faciens uenit sec eum. & uidens eum mansuetus mot est. Et appropians alligauit uulnera eius. infundens oleum & uinum. Et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum & curam eius egit. & alia die protulit duos denarios. & dedit stabulario & ait. Curam illi habe. & qd cumq superogauis ego cum rediero reddam t. Qis g hoy tu uidetur t proximus fuisse illi qui incidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit miam in illum. Et ait ihs. Vade & tu fac

simiiter